D. BLASII
ALTIMARI
J. C. AC PATRITII NEAPOLITANI, ET Florentini, Olim in Neapolitanis Tribunalibus inſignis Advocati, Regii Caſtri Novi ejuſdem Civitatis Neap. Auditoris, S.R. Caſtri Capuani Conſilii Conſiliarii, Regiæ Cameræ Summariæ Fiſci Patroni, & nunc denuò in eodem Supremo Caſtri Capuani S.R. Conſilio Conſiliarii,

TRACTATUS
DE
NULLITATIBUS CONTRACTUUM,
Quaſi Contractuum, Diſtractuum, Ultimarum Voluntatum, & quorumcumque Actuum extrajudicialium, ex defectu habilitatis Perſonarum, ac etiam reſpectu Bonorum.

In quo Materia Legalis quoad Perſonas, quæ non poſſunt contrahere, & diſtrahere, Et quoad Bona, quæ non poſſunt alienari, luculenter explicatur.

TOMUS OCTAVUS.
Cum Indicibus Quæſtionum, ac Rerum Notabilium.

Es de la libr. del Colegio de ... Salamanca

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus WILHELMI METTERNICH Bibliop.
Sub Signo Griphi. Anno MDCCXX.
Cum approbatione & Permiſſu Superiorum.

D. BLASII
ALTIMARI
Tractatus
DE NULLITATIBUS CONTRACTUUM,
Quaſi Contractuum, Diſtractuum, Ultimarum Voluntatum, & quorumcumque Actuum extrajudicialium, ex defectu habilitatis perſonarum, ac etiam reſpectu Bonorum.

RUBRICA SECUNDA, & TERTIA.

Nullitas contractuum, quaſi contractuum, Diſtractuum, & Ultimarum voluntatum, poteſt eſſe quando contrahunt, quaſi contrahunt, aut diſtrahunt, & faciunt teſtamenta, codicillos, & donationes cauſa mortis Poſthumus, Infans, pupillus, Pubes, Minor, Tutor, Curator, Amens, Fatuus, Mentecaptus, Dormiens, Ebrius, Furioſus, Iracundus, Ægrotus, Infirmus, Mutus, Surdus, Cæcus, Senis, Filius, Prodigus, Interdictus, Uxor, Maritus, Prælatus, Rector Civitatis, Locumtenens, Procurator, Univerſitas, Syndicus, Collegium, Concilium, epiſcopus, Vicarius, Synodus, Legatus Summi pontificis à latere, Fiſcus, Libertus, Servus, Religioſus, Deportatus, Damnatus ad mortem, Forjudicatus, Delinquens, Rebellis, Decoctus, Confiſcatus, Interdictus, Magiſtratus, Carceratus, Medicus cum ægrotis, Advocatus cum Cliente, & aliis, Miles, Uſurarius, Excommunicatus, Expoſitus, Peregrinus, Forenſis, Judæus, Incertus de ſtatu ſuo, Luſor, Inſtitor, Negotiorum geſtor, pater, Mulier, Vidua, Meretrix, Socius, Executor, Adjectus, Uſurpator, Eunuchus, Hermaphroditus, Notarius, Novitius, Monialis, Obſides, Indignus, Incapax, Monſtrum, Neophitus, Spurius, Perſonæ publicæ, ut ſunt Imperator, Summus pontifex, Princeps, Epiſcopus, parochus, Sacerdos, Vaſſallus, Civis, Privatus pro Fiſco, Vicinus, Advocatus, Arbiter, Subditus, Avarus, Advena, Extraneus, Tyrannus, Vagabundus, Mendicans, Doctor, Uſufructuarius, Fideicommiſſarius, Maniacus, Lunaticus, ac Alii ſimiles, etiam circa Bona.

SUMMARIUM.

Quæſtio Unica.

Lex, ſeu Statutum loquens de Contractibus habet locum in Diſtractibus, & quaſi Contractibus, n. 1.

Quænam ſit Ætas hominis, ſcilicet Poſthumi, Infantis, Pupilli, & Puberis, n. 2.

Poſthumus venit appellatione hominis, ad efficiendos contractus, quaſi contractus, & diſtractus. n. 4. 5. Et licet non veniat appellatione pupilli, venit ad ſui favorem, ib. n. 4.

Poſthumus eſt ille qui eſt in ventre matris, ſed illi datur Curator, non Tutor, n. 6. 7. Cujus autem durat quouſque naſcatur, n. 8. Sed poſt natum, ſi ille habeat patrem non datur tutor, n. 9. Niſi pater eſſet fatuus, n. 10. Et infrà n. 17.

Tutor datus poſthumo, & tanquam talis adminiſtrans, ſi non naſcatur, an dicatur prævaricatus, n. 11.

Pater poteſt dare tutorem ventri, n. 12.

Tutor datus à Patre filiis pupillis cenſetur datus etiam poſthumis & nepotibus, n. 13.

Tutor datus filiis, an cenſeatur datus poſthumo, & datus filiis, an poſthumo ignorante præterito, n. 14.

Tutor non cenſetur datus à patre filio, quem credebat mortuum, ibid.

Tutor datus poſthumo poteſt adminiſtrare ante natum, etiam non inſtituto, n. 15.

Poſthumus non competit privilegium in bonis mortis, ſicut competit pupillo, n. 16.

Poſthumus dicitur tribus modis, primus qui poſt mortem patris naſcitur, quaſi poſthumus, ſecundò poſtquam homo datus eſt patri, tertiò, qui vivo patre naſcitur, ſed poſt teſtamentum ab eo conditum, & qui naſcitur avo, ex matre filia, patre adhuc avo, num. 18.

Poſthumus natus vivus, ſi ſit matris ventre, legitimo tempore rumpit teſtamentum patris, ſive matris, ſi fuerit præteritus, num. 19.

Poſthumus facit deficere conditionem, ſi ſine liberis, n. 20.

Factus per venam aliis filiis antea natis, n. 20.

Sicutus præteritus non rumpit teſtamentum, ſi adſit clauſula codicillaris, n. 21. & n. 32. 52. 53.

Poſthumus inſtitutus, ex violatus ex aliis more, etiam, n. 22.

Poſthumo dari poteſt tutor ante ſtatum, & 2. admiſſio ad legitimam ſecùm ſuus, n., &c. quà tempore eſſe mortis, num. 23.

Poſthumus habetur pro nato ad ſui favorem & commodum, & quando dicatur inſtitutus, vel præteritus, n. 24.

Poſthumus ſuus, vel alienus poteſt legari, vel poſſunt hæredes inſtitui, quia pro natis habentur, n. 25. 26.

Mater, quæ non petit dari Curatorem ventri prægnanti, an privetur ſucceſſione filii, n. 27. 28.

Curator ventri quantum tempus debeat petii, n. 29.

Curator poſthumi non poteſt tranſigere antequam naſcatur, n. 30.

Poſthumus incerta perſona eſt, n. 31.

Si natus ſit, an numeratur, ultimus poſſeſſor eſt, n. 32. 34.